



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Thomæ A Kempis Canonici Regvlaris Ord. S. Avgvstini De  
Imitatione Christi Libri Qvatvor**

**Thomas <von Kempen>**

**Antverpiæ, 1617**

Cap. XV. De operibus ex charitate factis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45760](#)

nesciunt. Videntur etiam in bona pace stare, quando res pro eorum velle fiunt, & sentire. Si autem aliter fit quam cipiunt, citò mouentur & tristes fiunt.

*Mat. 12.* Propter diuersitatem sensuum & opinionum, satis frequenter oriuntur dissensiones, inter amicos & ciues, inter religiosos & deuotos.  
*Luc. 12.*

*Ier. 13.* 3 Antiqua consuetudo difficulter relinquitur: & ultra proprium videre, nemo libenter ducitur. Si rationi tuae magis inniteris vel industriae, quam virtuti subiectuæ Iesu Christi, raro & tardè eris homo illuminatus; quia Deus vult nos sibi perfectè subiici, & omnem rationem per inflammatum amorem transcendere.

## CAP. XV.

*De operibus ex charitate factis.*

*Mat. 18* 1 **P**RO nulla remundi, & pro nullius hominis dilectione, aliquod malum est faciendum: sed pro utilitate tamen indigētis, opus bonum liberè aliquando intermittendum est, aut etiam pro meliori mutandum. Hoc enim facto, opus bonum non destruitur.

tur, sed in melius commutatur. Sine charitate, opus externū nihil prodest: quidquid autem ex charitate agitur, quantumcumque etiam paruum sit & despectum, totum efficitur fructuosum. Magis siquidem Deus pensat ex quanto quis agit, quam quantum facit. Multum facit, qui multum *Luc. 7.*  
diligit.

*1. Cor.  
13.*

2 Multum facit, qui rem benè facit. Benè facit, qui magis communitati, quam suæ volūtati seruit. Sæpè videtur esse charitas, & est magis carnalitas: quia naturalis inclinatio, propria voluntas, spes retributionis, affectus commoditatis, raro abesse volunt.

*Phil. 2.*

3 Qui veram & perfectam charitatem habet, in nulla re seipsum querit; sed Dei solummodo gloriam, in omnibus fieri desiderat. Nulli etiam inuidet, quia nullum priuatum gaudium amat; nec in seipso vult gaudere, sed in Deo, super omnia bona, optat beatificari. Nemini aliquid boni attribuit, sed totaliter ad Deum refert, à quo fontaliter omnia procedunt, in quo finaliter omnes Sancti fruibiliter quietescunt. O qui scintillam haberet veræ

*Phil. 2.  
Cor. 1.  
Cor. 13.*

*Ps. 17.  
C. 24.*

charitatis, profectò omnia terrena sen-  
tiret plena fore vanitatis.

## CAP. XVI.

*De sufferentia defectuum aliorum.*

**1** **Q**uæ homo in se , vel in aliis  
emendare non valet, debet pa-  
tienter sustinere , donec D E V S aliter  
ordinet . Cogita, quia sic fortè melius  
est, pro tua probatione & patientia, si-  
ne qua non sunt multùm ponderanda  
*Mat. 6.* merita nostra. Debes tamen , pro tali-  
*Luc. 11.* bus impedimentis supplicare: vt Deus  
tibi dignetur subuenire , & possis be-  
nignè portare.

**2** Si quis semel aut bis admonitus ,  
non acquiescit, noli cum eo contende-  
*Mat. 6.* re ; sed totum Deo committe , vt fiat  
voluntas eius , & honor , in omnibus  
seruis suis, qui scit benè mala in bo-  
*1. Thes.* num conuertere. Stude patiens esse in  
*3. &* tolerando aliorum defectus , & qua-  
*Gal. 6.* lescunque infirmitates; quia & tu mul-  
ta habes, quæ ab aliis oportet tolerari.  
Si non potes te talem facere, qualem  
vis; quomodo poteris alium ad tuum  
habere beneplacitum? Libenter habe-  
mus